

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 21: De paupertate (2)

Unde Augustinus in persona domini:

Venale habeo. Quid, domine? Regnum celorum. Quo emitur?
Paupertate regnum, dolore gaudium,
labore requies, vilitate gloria, morte vita.

Item, Augustinus in persona Domini:

“Habeo uenale. Quid? Ait: Regnum celorum”, etc.
Paupertate acquiritur regnum, dolore gaudium,
labore requies, ignominia gloria, morte uita.

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis
praedicabilibus*, 2.12 (CCCM 124A, J. Berlioz &
J.-L. Eichenlaub eds., p.185, ll.1781-1784).

Venale est quod habeo, dicit tibi Deus; eme illud. Quid habet uenale?

Requiem uenalem habeo; eme illam de labore.

Intendite, ut simus in nomine Christi fortes christiani:

iam modicum est quod restat in psalmo, non fatigemur.

Quomodo enim fortis poterit esse in faciendo, qui deficit in audiendo?

Aderit Dominus ut uobis quod reliquum est, explicemus.

Adtendite: quodammodo Deus proposuit uenale regnum caelorum.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 93.24 (CCSL 39,
E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.1325, ll.1-8).